

nostra in sua operatione pendet à potentia organica. Hinc Dicaſtilus de Sacrament. tom. 1. traſſ. 7. diſp. 1. dub. 3. num. 51. relatus à Diana part. 10. traſſ. 16. reſol. 81. quæ in Coordinato est tom. 2. traſſ. 4. reſol. 1. aſſertit huiusmodi egrotos non eſſe ungentos in ſenſibus, vel in parte vicina ſenſum, quos non haberunt, ſubdens hanc rationem: Qui enim nunquam habuit oculos, nunquam peccavit per oculos; nec concuſſentia videndi, ſi peccatum fuit, fuit peccatum oculorum. Unctio autem in alia parte omnino diſtincta, non ſignificat remiſſionem peccati commiſſi per eam partem, que non exiſtit, nec unquam exiſtit; nec commiſſi per concuſſentiam operandi per talem partem, aut ſenſum, qui nunquam fuit.

Nihilominus reſolutio difficultatis eſt, quòd prædicti egroti quavis ab infantia, aut à nativitate cæci, ſurdi, muti, brachiis, vel manibus truncati, ſunt ungenti Oleo Sancto in partibus proximioribus organo, quod non habent; tum ex præcepto Eccleſiæ; quia Rituale Romanum in Rubrica de Sacrament. Extrem. Unction. ait in fine: Si quis autem ſit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima ungetur eadem verborum forma: tum ex communi opinione, & doctrina Theologorum ita aſſerentium, quos citat, ac ſequitur Diana part. 3. traſſ. 6. reſol. 11. translata in Coordinatum d. tom. 2. traſſ. 4. reſol. 48. quibus ego addo S. Thomam in Supplement. 3. p. q. 32. art. 7. S. Bonaventuram in 4. diſt. 23. part. 2. q. 3. Suarez in 3. p. tom. 4. diſp. 42. ſect. 3. num. 4. Gonetum tom. 5. traſſ. 6. diſp. 3. num. 8. Salmanticenſes de Extrem. Unction. traſſ. 7. cap. 2. à num. 23. & ſeqq. nec non Emin. Card. de Lauræa de eodem Sacram. diſp. 11. n. 186. Ad objectionem autem, quomodo verificentur in his egrotis verba formæ, Indulget tibi Dominus quicquid per viſum, auditum, tactum &c. deliquiſti, ſi nunquam viderunt, audiverunt, tetigerunt? reſpondet dupliciter: uno modo, quòd prædicta verba intelliguntur conditionaliter, id eſt, ſi quid per viſum, auditum, tactum &c. deliquiſti: altero modo; quòd licet homo carens viſu, vel alio ſenſu non poſſit peccare mediante organo illius ſenſus, quem non habet; nihilominus peccare poſſet per potentias internas, quas habet in anima: quandoquidem (ut ſupra notatum eſt) Anima rationalis dupliciter operatur, vel per organa corporalia, vel per potentias non organicas internas, quarum ipſa anima eſt ſubjectum Quod; ut explicat D. Thomas 1. part. q. 77. art. 5. & declarat Complutenſes d. lib. 1. & 2. de Anima queſt. 3. ſ. 1. & 2. diſp. 6. Igitur eſt cæcus non videat organo oculorum; inſeritis tamen animam cupit videre, & ex illo deſiderio, ſi immoderatum, vel inordinatum ſit, poſſet delinquere. Agnovi puellam nobilem cæcam ab infantia, que impensè delectabatur vitis cæcæ, & purpureis, ac iſſidem tum caput, tum humeros, ac brachia ſua ornat; utique non alia de cauſa, niſi quia à puellis aliis audiebat, colorem cocæum, ac purpureum eſſe cæteris pulchriorem. Quavis itaque cæcus non iudicat de colore; ex nimio deſiderio, & affectu ad illum, poſſet dari culpa venialis, delenda per Sacramentum Extremæ Unctionis etiam in cæcis à nativitate; idemque dici poſſet circa inordinata deſideria audiendi, loquendi, & tangendi in hominibus, qui hos ſenſus externos non habent.

Alteri difficultas eſt, An in adminiſtrando hoc Sacramento, & in ſenſibus ungentis ſervandus ſit ordo in Rituali Romano præſcriptus; videlicet, ut primùm tangantur oculi, deinde aures, poſtea nares, ſubinde os, manus, pedes, & renes? Omnes Theologi ad hanc difficultatem reſpondent, de neceſſitate Sacramenti non eſſe talem ordinem ſervandum; ſed utique de præcepto Eccleſiæ. Idei-

co ſi Sacerdos dans Oleum Sanctum infirmo perverteret ſupradictum ordinem, validè conferret Sacramentum; ſed ſi abſque gravi, & urgenti cauſa pro ſuo arbitrio ſenſus ungeret, graviter peccaret, quia Ritus à Romana Eccleſia præſcripti in adminiſtratione Sacramentorum ſunt à quocumque ſervandi, ut ſupranotatum eſt, & advertit Emin. Card. de Lauræa d. diſp. 11. num. 181. Salmanticenſes diſt. traſſ. 7. cap. 2. num. 21. & Maſtrius in 4. ſentent. diſp. 6. num. 43. ubi hæc ſcribit: Quæ tamen à Theologis non ideo dicuntur, & conceduntur, ut poſſum abſque ulla neceſſitate ea in praxi redigi licet: nam ſi nulla occurrat neceſſitas, debet Unctio fieri eo ritu, & cum omnibus illis circumſtantis, quas Eccleſia præſcribit. Et aliæ pro qualitate tranſgreſſionis eſſet mortalis culpa. Solùm ergo per hoc Theologi ſignificare intendunt, quòd quavis ex præcepto Eccleſiæ iſta fieri, & ſervari debeant, nec proinde nulla urgente neceſſitate ſine peccato omitti poſſint, non ſunt tamen de eſſentia huius Sacramenti, nec ad eius validitatem requiruntur. Igitur abſque urgentiſſima cauſa (que raro accidere poſſet) non eſt pervertendus ordo in ungentis ſenſibus infirmi; ſed ipſa unctio eſt facienda de ſenſu in ſenſum juxta ordinem Ritualis Romani.

Ultima difficultas eſt, an liceat ungere infirmum in adminiſtranda ei Unctione Extrema non pollice inſinſto oleo ſancto, ſed aliqua virgula oblonga in eodem ſancto oleo inſinſta, vel goſſipio ipſi alligato? Reſpondent omnes Doctores tempore peſtis licere uti prædicta virgula ad eſſugiendum periculum contagii; ſecus autem extra tempus peſtis, & extra periculum contagii. Ita Sylvius, Marchinus, Mancinus, Barboſa, & alii, quos citat, & ſequitur Diana Coordinatus d. tom. 2. traſſ. 4. reſol. 34. & 35. quorum prima eſt in Diana antiquo part. 3. traſſ. 4. reſol. 166. Secunda vero in part. 5. traſſ. 3. reſol. 79. Concordant Salmanticenſes d. traſſ. 7. De Extrem. unctio. cap. 7. num. 15. Et ita eſt omnino obſervandum; quia ubi non eſt periculum peſtilentiæ unctio Rituali Romano, cuius Rubrica immediate ante primam unctioem Oculorum ita loquitur: Deinde inſinſto pollice in Oleo Sancto, in madam Crucis inungit infirmum in partibus hic ſubſcriptis. Quòd autem hæc Rubrica habeat vim præcepti diximus ſupra Decis. 66. num. 19. ex DD. ibi citatis. Utrum autem tempore peſtis Parochus obligatus ſit adminiſtrare hoc Sacramentum Extremæ Unctionis peſtiferatis? dicemus infra Decis. 71. & ſcripſimus de Ven. Euchur. Sacram. Decis. 61. num. 27. & 28. ubi etiam retulimus Theologos aſſerentes iidem peſte infectis poſſe dari Sacram. Euchariſtiam cum cochleari argenteo, vel in pagina munda ſtatum comburenda; prout Extremam Unctioem cum virgula oblonga, ut præter ſupradictos à Diana docent etiam Naldus Verb. Sacramentum. num. 7. in fin. & Biſſus in Hierurg. Sacra Verb. Miniſter Sacramentorum. num. 171. ſ. 34. Quòd verò diximus in diſt. Decis. 61. num. 28. ſupradictas DD. opiniones fuiſſe damnatas à S. Carolo in diſt. Mediolanen. De Cura peſilent. cap. 15. num. 2. ut teſtatur Gavantus Verb. Peſtis num. 6. in Manuali, intelligendum eſt de porrigenda Sacra Euchariſtia cum cochleari, vel cum pagina, ob irreverentiam erga tantum Sacramentum; non autem de Unctione infirmi cum oleo Sancto; cui cum nulla indecentia reſultet, conſeſum eſt ab omnibus DD. ut cum virgula poſſit miniſtrari, ad eſſugiendum periculum contrahendæ peſtis in Sacerdote ex contactu ſenſum agroti peſtiferati. Quæ autem ſint ſigna ad cognoscendam peſtem eruditè declarat Zacchias in Q. Medicolegal. tom. 1. libr. 3. tit. 3. q. 3. quem curioſum Lectorem percurrere non pigeat; ibi enim & inſtructiones, & eruditiones plures reperiet, de quibus, & de aliis tem-

tempus peſtis tangentibus dicemus infra Decis. LXXIII.

DECISIO LXVIII.  
ARGUMENTUM.

Traditur Forma huius Sacramenti Extremæ Unctionis, & diſputatur, An ad valorem Sacramenti debeat eſſe deprecatoria? vel ſufficiat Indicativa, aut Imperativa? Argumenta pro utraque opinione, quarum tumor, quòd debeat eſſe deprecatoria. Formæ Ambroſiana, Veneta, & aliæ huiusmodi pervertuntur, eſſe videntur indicativæ, probatur eas fuiſſe deprecativas. Quæ verba in forma Extremæ Unctionis ſint de eſſentia Sacramenti? Curioſi caſus de duobus Presbyteris ignorantibus verba Extremæ Unctionis, & abſolutionis Sacramentalis.

SUMMARIUM.

- 1 Forma Sacramenti Extremæ Unctionis quænam ſit?
- 2 Deprecatoria an eſſe debeat? vel ſufficiat indicativa? & num. 7.
- 3 Baſiſmi forma, ac Confirmationis eſt indicativa.
- 4 Oratio requirit attentionem internam ad Deum.
- 5 Forma Sacramentorum debet inſalubriter cauſare eorum eſſectus.
- 6 Ambroſiana, ac Veneta forma antiqua in Extremæ Unctionis Sacramento.
- 7 Formæ deprecatorie rationes, & congruentiæ.
- 8 Formæ Ritualis Romani de Extrema Unctione antiquiſſimæ.
- 9 Geneticum quid ſit?
- 10 Græcorum forma ſe in Sacramento Extremæ Unctionis.
- 11 Argumentum de forma unius Sacramenti ad alterius formam non valet.
- 12 Orationis in Extrema Unctione eſſicacia non eſt ex opere operantis, ſed ex opere operato.
- 13 Deprecatoria Forma in Extrema Unctione habet eſſectum inſalubrem ex Dei promiſſione.
- 14 Forma Ambroſiana, Veneta, & conſimiles antiquæ in Extrema Unctione erant deprecatorie, non indicative. Et quomodo?
- 15 Oratio ad Deum, ut plurimum dirigitur indicativa, vel imperativa modo.
- 16 Ut, eſt particula optativi modi, ſignificans Ultimam.
- 17 Verba Formæ Extremæ Unctionis poſita à Rituali Romano ſunt omnia de Precepto.
- 18 Triva verò tantum de eſſentia. Et que.
- 19 Dereliquiſti Verbum in forma Extremæ Unctionis an æquivaleret Deliquiſti?
- 20 Tormentum gratiæ pro augmentum gratiæ in abſolutione Sacramentali prolatum a Confeſſario ignorante.

Post explicatam materiam remotam, ac proximam Sacramenti Extremæ Unctionis, opus eſt ejusdem Formam ponere, ac declarare. Hæc autem conſiſtit in his verbis, que proferuntur à Sacerdote, dum Oleo Sancto ungit ſenſus corporis infirmi, videlicet: Per iſtam Sanctam Unctionem, & ſuam piſſimam miſericordiam indulget tibi Dominus quicquid per viſum &c. deliquiſti. Sic repetendum in unctioe aliorum ſenſum, pedum, ac renum; ut traditum eſt à Concilio Florentino in Decreto Eugenii IV. à Tridentino ſeſſ. 14. de Extrem. Unction. cap. 1. Et præcipitur in Rituali Romano à Paulo V. in Rubr. de Extrem. Unct.

Porro circa hanc Formam duæ ſunt difficultates,

quæ inter Theologos agitantur. Una eſt, an hæc Forma ad ſui validitatem, debeat neceſſario eſſe deprecatoria? vel ſufficiat etiam indicativa? quod eſt quærare, an proſus debeat proferri per modum orationis, & deprecationis ad Deum? Vel poſſit pronuntiarri etiam per modum poteſtatis, & auctoritatis ab ipſo Miniſtro, & ſic indicativo modo? In hac difficultate pluriſimi ex DD. antiquis opinati ſunt, eſſe formam ſufficientem eſſe indicativo modo pronuntiatam.

Primò, quia ex ſimilibus verbis Scripturæ Sacræ collegit Eccleſia formam baſiſmi, ac formam Extremæ Unctionis; illius ſcilicet ex verbis Matt. 28. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas &c. Iſtus autem ex verbis Jac. 5. 14. Infirmatur quis in vobis &c. Ungentes eum oleo in nomine Domini. Sed forma baſiſmi proferitur indicativo modo: Ego te baptizo &c. Igitur etiam forma Extremæ Unctionis eodem modo poſſet pronuntiarri, videlicet dicendo, Ego te ungo Oleo Sancto &c. Confirmatur; quia in Sacramento Confirmationis Miniſter proferit Verba formæ auctoritativæ, & indicativæ, Signo te ſigno Crucis, & Confirmando te Chriſtimate ſalutis. Idemque facit Sacerdos in Penitentia Sacramento, dum dicit: Ego abſolvo te à peccatis tuis.

Secundò, ſi hæc forma de neceſſitate eſſe debeat deprecatoria, & per viam orationis prolata, ſubjaceret nullitati, ac invaliditati toties, quoties in ea deſiceret aliquid ex his, que ſunt de eſſentia orationis, nempe attentio interna Sacerdotis ad Deum, S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 13. ubi allegat didum Apoſtoli Pauli 1. Cor. 14. Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt. Ergo, ne Sacramento ſubjaceat nullitati, ſi conſeratur à Sacerdote cum mente diſtracta, & ſine attentione interna, dicendum videtur, Formam indicativam ſufficere.

Tertiò facit, quia Forma Sacramenti debet de neceſſitate cauſare inſalubriter eſſectum ipſius Sacramenti ex divina promiſſione in eo, qui non ponit obicem. Sed forma deprecatoria non videtur cauſare prædictum eſſectum inſalubriter; quia facit eum pendere ex libero duntaxat Dei beneplacito. Ergo tantò magis forma indicativa, & per modum auctoritatis prolata cenſenda eſt ſufficiens, quantò minus deprecatoria poſſet eſſe apta ad eſſectum Sacramenti inſalubriter producendum.

Quartò urget, quia antiquiſſimis temporibus forma indicativa erat in uſu in diverſis Diocæſibus. Siquidem tempore Divi Ambroſii ſub hac forma dabatur hoc Sacramentum Extremæ Unctionis: Unge te Oleo Sanctificato. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more miſitis uncti præparatus ad certamen, aereas poſſis ſuperare poteſtates, prout reſertur S. Bonaventura, Durandus, Argentinas, & alii Scholaſtici in 4. ſent. diſt. 23. In libro Sacramentorum S. Gregorii Magni hæc traditur forma: In ungo te Oleo Sancto, ſicut unxit ſamuel in Regem, & Prophetam. Operare creatura Olei in nomine Dei Patris Omnipotentis, ut non lateat hic Spiritus immundus, neque in membris tuis, neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum; ſed in te habitet virtus Chriſti Altiffimi, & Spiritus Sancti. Eandem formam haberi in antiquo Codice manuſcripto Halitgarrii, qui florebat temporibus Ludovici Pii Imperatoris, anno ſcilicet 814. notat Serrarius relatus ab Arcudio lib. 5. de Concord. Eccleſ. Orient. cum Occid. cap. 5. In libro Sacerdotali Veneto antiquiſſimo, (que ipſi apud me eſt, & quem paucis ſolidis emiſi ſuper flores, non multum tempus fluxit) hæc ſunt formæ ad unctioes ſenſum infirmi: Unge oculos tuos oleo Sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; ut quicquid de illicito viſu deliquiſti, huius olei unctioe expietur. Unge bas aures Sacra Olei liquore, In nomine Patris &c. ut quicquid delatatio.



cordes inter se Doctores, ut videre est apud eundem 18 Maffium d. diff. 6. a num. 38. & Salmanticensis De Sacram. in genere d. tra. 7. cap. 2. a n. 29. & seqq. Ceterum conveniunt, tria esse Verba necessaria ad validitatem, & essentiam hujus Sacramenti, nempe Unctionem; Indulget tibi Dominus, & Quidquid per sensus N. N. deliquisti. Quapropter si quis non exprimeret Unctionem ipsam, vel non dixerit, quod Deus infirmo indulget, aut condonet Quidquid deliquisti per illum sensum, quem inungit, nullum Sacramentum faceret; ut latius examinante, & demonstrant DD. quos allegant Salmanticenses, ibi a studioso lectore videndi; ea ratione, quia, omiffis prædictis verbis, aut æquivalentibus forma non exprimeret effectus, quos parere debet Sacramentum, & sine tali expressione Sacramentum non conficitur.

Curiosa tamen est investigatio, facta à Gobato in hoc proposito d. tra. 8. num. 811. an fecerit validè Sacramentum quidam Presbyter (ex illis, qui à Ministris Episcoporum parùm fidelibus in examinandis clericis promoventur ad Ordines Sacros, etsi ignorant, & linguam latinam non bene intelligentes) quidam Presbyter, inquam, qui dans Extremam Unctionem infirmo, ad omnes sensus dicebat: Indulget tibi Dominus quidquid per Visum, Auditum, &c. deliquisti? Utinam non reperiretur tam rudes Sacerdotes, ut unum verbum pro alio caperent! Multis ab hinc annis ego moram faciens Venetiis, pro defensione Jurium Episcopatum Eminentiss. ac Reverendiss. Domini mei Cardinalis Barbadii Episcopi Patavini, quadam die exomologesi mea ad pedes Confessarii exhibita, audivi eum; post imperitam Sacramentalem absolutionem mihi illi concedentem: Quidquid boni feceris, & mali sustuleris, sint tibi remissionem peccatorum, Tormentum gratia, & præmium vite æternæ. Obtulit, & tacuit. Sed melius cogitans, id innui Prælato quidam, cujus confessiones Sacramentales idem Sacerdos frequenter excipiebat, & ab eodem etiam Prælato audito verbo Tormentum gratia, fuit ei facta feria monitio, ut se emendaret. Modò revertebat ad illum, qui in Extrema Unctione proferebat deliquisti; pro verbo formæ deliquisti, prima facie videbatur dicendum, errorem illum grammatice non nocuisse valori Sacramenti; & satis esse, si de cætero se emendaret; nam etiam ille, qui baptizando ex ignorantia latinitatis dicebat; In nomine Patriæ, & Filia, & Spiritu Sancta; validè baptizavit, ut respondit Summus Pontifex in Cap. Retulerunt. De Baptismo. Nihilominus P. Gobatus contrarium in hoc casu resolvit, concludens repetendum esse Unctionem Sacram, & profendum verbum deliquisti; ea ratione, quia verbum deliquisti sive sumatur grammaticaliter, sive consideretur, moraliter facit sensum omninò diversum à verbo deliquisti, quod supra diximus esse essentiale in hac forma. Nec suffragatur exemplum ante relatam de Baptismo; quia verba illa Sanctissimæ Trinitatis Personarum, etsi cum mala latinitate pronuntiata, tamen & moraliter, & grammaticaliter significant ipsas Divinas Personas, quarum nominatio requiritur ad validitatem Baptismi. Caveant Antifites, ne clericos rudes, & ignorantem linguam latinam ad Sacros Ordines promoveant; hi enim promoti non venient deinceps tum in Sacrificio Missæ; tum in administrandis Sacramentis barbarissimos, & sollicitos proferre, ut experientia demonstrat; & ego Parochos hujusmodi non semel audivi, quos, si liceret, possem nominare.

DECISIO LXIX.

ARGUMENTUM.

Disputatur satis difficilis Quæstio, An laici, saltem in casu necessitatis, possint ministrare infirmis Sacramentum Extremæ Unctionis? Proponuntur septem argumenta, cum exemplis ex vitis Sanctorum desumptis, quæ videntur favere opinioni affirmativæ; sed ea fortiter enervantur, & doctissimis eruditionibus resolvuntur. Concluditur, neminem inferiorem Episcopo, vel Sacerdote posse esse Ministrum hujus Sacramenti.

SUMMARYUM.

- 1. Minister Sacramenti Extremæ Unctionis quis sit?
- 2. Laici an possint ministrare Extremam Unctionem?
- 3. Presbyter Græcè, Latine dicitur Senior.
- 4. Laici cur possint baptizare?
- 5. Apostoli nondum ordinati Sacerdotes ungebant infirmos oleo.
- 6. Innocentii I. verba circa Ministrum Extremæ Unctionis. Et n. 16.
- 7. S. Genovesa an ministraret Oleum Sanctum infirmis? Et n. 17.
- 8. Eremitæ Laici ungebant infirmos Oleo Sancto.
- 9. B. Reginaldus Ord. Præd. egrotans Oleo ungitur à Deipara, Et n. 21.
- 10. Soli Episcopi, aut Sacerdotes sunt Ministri Extremæ Unctionis.
- 11. Presbyteri significant Sacerdotes post publicatum Evangelium.
- 12. Laici non ministrant res sacras, vel functiones publicas Ecclesie.
- 13. Laici nunquam ministrant Sacramentum Extremæ Unctionis.
- 14. Laici cur ministrant Baptismum non autem Extremam Unctionem.
- 15. Apostolorum Unctiones Marc. 6. erant curativæ, non Sacramentales.
- 16. Oleorum consecratio non fit pro libito Episcopi, sed ferri V. in Cena Domini.
- 17. Oleum benedictum à simplicibus Sacerdote dicebatur Sacramentum.
- 18. Forma benedicendi Oleum in Rituali Veneto vetustissimo.
- 19. MARIÆ Virgo Mater Dei Thesauraria Divinae Beneficentiæ.
- 20. B. Reginaldus Ord. Præd. obitus, & ad eum pia precationacula.

Equitur, ut de Ministro hujus Sacramenti Extremæ Unctionis verba faciamus: Circa quem, etsi hodie de fide tenendum, & dicendum sit, solum Sacerdotem sive simplicem, sive summum, nempe Episcopum, esse ministrum hujus Sacramenti; itaut pro nullo casu alius inferior Sacerdote possit illud ministrare, & si ministraret invalidè ministraret Eugenius IV. in Const. 19. Exultate s. 14. & Concil. Trid. sess. 14. de Sacram. Extr. Unct. cap. 1. & can. 4. Nihilominus tres à Theologis circa hunc ministrum disputant Quæstiones, quas hie referendas esse duxi sub brevitate, ne studiosus lector eas alibi querere cogatur.

Prima disputatio est, an etiam Laici, saltem in casu necessitatis, possint dare infirmo Sacramentum Extremæ Unctionis? Affirmant Lutherani, & Calvinistæ ex sequentiibus.

Primò, quia S. Jacobus in sua Epist. cap. 5. Vers. 14. ait: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Sed hie Presbyteros est vox Græca, quæ

quæ latine sonat, & interpretatur Seniores, ac majores ætate. Calpin. in Verbo Presbyter. Hinc sæpè in Scriptura Sacra ibi textus Græcus legit Presbyteros, textus Latinus veritè Seniores, ut Num. 11. 16. ibi. Dixit Dominus ad Moysen: congrega mihi septuaginta viros de Senioribus Israel. In Græco habetur, congrega mihi septuaginta de Presbyteris Israel. Et in libro Judith cap. 6. Vers. 12. latine dicitur: In medio itaque Seniorum. Græcè autem in medio Presbyterorum. Quo loci Tiritinus declarat, Presbyteri: idest Laici Seniores, qui judicabant populum in quacumque civitate; unde d. cap. 6. Vers. 20. latina Biblia subdit & ipsa, Et vocatis omnibus Presbyteris simul expleto jejunio recesserunt; idest vocatis omnibus Senioribus: Et millies de hac voce in Scriptura Sacra. Igitur (ajunt heterodoxi) si Apostolus jusset, inducere Presbyteros, ut oleo Sancto ungant infirmum, de Senioribus Laicis eius verba sunt intelligenda; & sic etiam Laici Senes possunt ministrare hoc Sacramentum.

Secundò: Infirmi proximè morituri censentur esse in eadem spirituali egestate, & miseria, in qua reputantur infantes, quando nascuntur; siquidem neque hi, neque illi propriis viribus possunt seipso adjuvare ad Sacramenta suscipienda. Sed pro infantibus Christus concessit, quòd etiam Laici possint istud ministrare validè Sacramentum Baptismi, ut notorium est, & à nemine negatur. Ergo etiam infirmis graviter decumbentibus poterunt Laici validè conferre Sacramentum Extremæ Unctionis.

Tertiò: Apostoli ungebant infirmos oleo ante Passionem Christi, ut legitur Marc. cap. 6. Vers. 13. ibi: & ungebant oleo multos egros, & sanabant. Sed tunc Apostoli erant Laici, non Sacerdotes; tales enim ordinati sunt tantummodò in ultima Cæna. Diana part. 12. tra. 1. resol. 80. quæ in Coordinato est tom. 4. tra. 8. resol. 80. Bisit. in Hierurg. Verb. Extrema Unctio n. 244. s. 2. Ergo etiam Laici dare possunt Extremam Unctionem.

Quartò: Innocentius Papa Primus Epist. 1. ad Decentium cap. 8. quæ extat tom. 1. Concilior. pag. mihi 772. loquens de his, qui possunt ministrare Extremæ Unctionis Sacramentum, habet hæc verba: Sancto Oleo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua, aut suorum necessitate, ungento. Quid clarius? Ergo omnes Christiani possunt ministrare hoc Sacramentum. Supradicta verba referuntur etiam ab Ivenin in dict. Comment. Histor. & Dogmat. tom. 2. Dissert. 7. q. 6. cap. 1. & ab Eminent. Cardin. de Lauræa de Extr. Unct. disp. 11. num. 95.

Quintò: Urget exemplum S. Genovesæ, de quo meminit S. Bonaventura in 4. diff. 23. part. 2. qu. 1. ubi cum adduxisset argumenta pro hac opinione, quòd Laici possint dare Extremam Unctionem infirmis, subdit: Hoc ostenditur exemplo: quia legitur in Legenda Genovesæ, quòd ipsa inungebat oleo infirmos, & curabat eos. Et

Sextò: Addere possumus exempla plurium Sanctorum Eremitarum, qui etsi essent Laici, ungebant Oleo Sancto infirmos, & illos sanabant, ut frequenter legitur in eorum vitis apud Suriarum, & præcipue de S. Eugendo Abbate de prima Januarii, quem expressè notat, esse humilitate nunquam voluisse recipere ordinem Presbyteratus, & nihilominus Sacramentum oleum adhibere in ungentis, & sanandis infirmis; idemque refert de S. Claro Abbate Niennensi ead. prima die Januarii. & per totum annum pluries de diversis aliis Sanctis, qui in statu laicali vivebant.

Septimò: Confert etiam, quòd aliquando Cælestis administravit hoc Sacramentum. Celebris est relatio de Fratre Reginaldo discipulo S. Domini, de qua dixi in meis Decisionibus De Sacrament. in genere Decif. 12. num. 4. & quam ex Hieronymo Plato De bono statu Religiosis lib. 1. cap. 31. transcribit De Sacramentis in genere.

Joan. Bonifacius Bagatta in Admirand. Orbis Christiani tom. 2. lib. 3. cap. 5. n. 1. his verbis: Cum ante annos multos gravissimè egrotaret (Fr. Reginaldus) ei vigilanti de nocte apparuit Regina Cæli cum duobus alii Virginitibus, ipsaque ad eum accedens, jacentis oculos, aures, os, & manus unguento, quod astularet, propriis manibus linxit, denique & pedes in preparationem Evangelii, & ipsamet quasi ex formula orans adjunxit. Ex his igitur non incongruum videtur, quòd etiam Laici Seniores saltem in casu necessitatis possint infirmum Oleo Sancto inungere, & eidem Sacramentum Extremæ Unctionis præbere.

His tamen, & similibus minimè obstantibus contrarium est omninò tenendum, quia, ut supra dictum est, Concil. Trid. definivit esse de fide, quòd soli Episcopi, vel Sacerdotes possint esse Ministri hujus Sacramenti, ut legitur de eod. Sacram. sess. 14. c. 3. in illis verbis: Proprius hujus Sacramenti ministrus esse Ecclesie Presbyteros, quo nomine eo loco, non etate Seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt; sed aut Episcopi, aut Sacerdotes, ab ipsi rite ordinati per impositionem manuum Presbyteri. Et contra asserentes contrarium, & dicentes Laicos Seniores posse ministrare hoc Sacramentum excommunicationem inflixit, ut ibid. Can. 4. ita eos feriens: Si quis dixerit, Presbyteros Ecclesie, quos B. Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed etate Seniores in quavis communitate, ob idque proprium Extremæ Unctionis Ministrum non esse solum Sacerdotem: Anathema sit. Et per hunc canonem proscribita, ac damnata fuit opinio Lutheri in lib. de Captivitat. Babylon. ubi scriperat: Quamquam incertum est mihi, an Sacerdotes velit intelligi (B. Jacobus) cum dicat Presbyteros, idest Seniores. Nec non doctrina Calvinii Instit. lib. 4. cap. 19. ita dicens: Jacobus vult infirmum ungi à Senioribus Ecclesie: isti unktionem non admittunt, nisi Sacriflorum.

Neque obstant, quæ adducta sunt in contrarium. Non Primum de voce Presbyteri, quæ in Sacra Scriptura accipitur aliquando pro Seniore; nam plures à Sacris Theologis dantur resolutiones. Prima est, quòd licet textus Græcus pro Senioribus habeat Presbyteris, & idem aliquando ponat Biblia latina; tamen paucissimi sunt loci, in quibus nomine Presbyterorum intelligantur Senes canitie, vel etate; in numeri autem illi, in quibus intelliguntur Sacerdotes, quorum aliquos citat Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 11. num. 94. Secunda est, quòd quidquid fuerit de hac voce Presbyteri in testamento veteri, certum est in Evangelio, & novo testamento per eam significari non Senes canitie, vel etate; sed vel Præsidentes populorum, auctoritate, ac Magistratu, de quibus erant Seniores Judæici populi in Evangelio & Actibus Apostolorum, sive Sacerdotes Christi, tales ordinati ab Apostolis, vel Episcopis eorum Successoribus post publicatum Evangelium, & de his loquuntur semper Epistolæ tum Divi Pauli, tum aliorum Apostolorum, quòd nomen presbyteros; ut observat Estius Comment. in Jacob. cap. 5. Tertia est, quòd S. Jacobus Apostolus promittit ex unktione, & oratione Presbyteri effectum infallibilem Sacramenti, nempe gratiam, remissionem peccatorum, & si expedierit salutem spirituali, sanitatem corporis; has autem operationes facere non competit Laicis, tamquam publicis, & sacras; sed illis, qui ad Sacerdotalem dignitatem sunt promoti. Ita Ivenin d. dissert. 7. quæst. 6. cap. 1. Quarta est, quòd nunquam Ecclesia neque ab initio, neque in progressu pro Ministro hujus Sacramenti appellatione Presbyteri intellexit Senes Laicos. Hinc S. Joannes Chryostomus, qui vivebat Anno 398. de eo scribens nominat Sacerdotes, ut in lib. 3. de Sacerdotio. Innocentius Papa I. electus



elektus Pontifex Anno 402. in cit. *Epist. ad Decemium cap. ult.* interrogatus ab eodem, an soli Sacerdotes possent ministrare Extremam Unctionem, vel etiam Episcopi? respondendo, quod absque dubio Episcopi, tum Sacerdotes possent eam ministrare, offendit, tunc controversiam fuisse de Episcopis, & de Sacerdotibus simplicibus, non autem de Laicis, qui propterea nunquam in Ecclesia admissi sunt ministrare hoc Sacramentum. Em. Card. de Lauræa d. *disp. 11. num. 96.* S. Gregorius Magnus, *Papa I.* qui floruit ante Annum 600. in suo libro Sacramentorum agens de consecratione Oleorum Sanctorum, nomine Presbyterorum intelligit Sacerdotes, tum in functione consecrationis, tum in eorundem usu in unguendis infirmis, dicens: *Tunc offeritur Pontifici Oleum, & benedicit eum tam ipse, quam omnes Presbyteri, ad unguendum infirmum. Ecce & postea: Multi enim Sacerdotes infirmos perungunt in quinque sensibus corporis.* Concilium Aquilgranenle Anno 836. *can. 5.* nominat ministros hujus Sacramenti Sacerdotes, idem facit Concilium Vortmansiense Anno 868. *can. 72.* & omnia subsequencia Concilia, tam generalia, quam provincialia, quæ de hoc Sacramento locuta sunt. Angelicus Doctor, qui obiit Anno 1274. & Joan. Duns Scotus, qui cessavit vivere hæc mortali vita Anno 1308. Sacerdotio insignitos esse ministros Extremæ Unctionis docuerunt: adeo ut nunquam in Ecclesia receptum fuerit, ut Laici etsi fenes eam administrarent. *Quinta* responsio, & resolutio est, quod si nomine *Presbyterorum* S. Jacobus intellexerit Seniores Laicos, non potuissent Episcopi juvenes ætate Extremam Unctionem ministrare, inter quos Sanctus Timotheus, ad quem ait Apostolus: *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* *Timoth. 4. 12.* Et S. Prodoximus creatus Episcopus Patavinus à S. Petro in ætate annorum 21. quod manifestum esse absurdum asserere. Igitur per *Presbyteros Ecclesie* S. Jacobus intellexit Sacerdotes, qui interpretantur Seniores, non ætate, aut canitie, sed sapientia, prudentia, ac morum gravitate, ut ait S. Anacletus Papa *Epist. 2.* (de qua in *cap. ult. dist. 84.*) Presbyter enim dicitur, quasi alius Sacra præbens. *can. Cleros. dist. 21.* vel quasi alius præbens iter. *Alberic. in Dictionar. Verb. Presbyter.* & sic alii prævidendo doctrina, & exemplo

14 Secundum argumentum non obstat sumptum ab exemplo Baptismi. Respondet Eminent. Card. de Lauræa d. *disp. 11. num. 95.* quod si Deus voluisset deputare Laicos pro ministranda Extrema Unctione, deficiuntibus Sacerdotibus, potuisset, prout deputavit Laicos pro dando Baptismo. At noluit de illa, quamvis de isto voluerit, quia Baptismus est absolutæ necessitatis pro infantibus, quibus nullum aliud remedium pro salute æterna restat. Pro infirmis autem adultis præter alia Sacramenta habentur actus contritionis, orationes, & alia remedia, quibus etiam in sanitate delentur venialia; & his iidem ægotantesuti possunt, casu quo deficeret Sacerdos, qui eis Sacramentum Extremæ Unctionis daret.

15 Tertium non officit, quia ut latè probatum est supra *Decif. III.* Unctiones illæ, quas tunc faciebant Apostoli, erant tantum curativæ, non autem Sacramentales; nondum enim hoc Sacramentum erat institutum, & ungebant infirmi ab Apostolis ad solam sanitatem corporis obtinendam. Eminent. Card. de Lauræa d. *disp. 11. n. 92.*

Quartum non obstat: quia Verba illa Innocentii Papæ I. intelligenda sunt passivè, non activè, prout ipse Sanctus Pontifex ea intellexit, significans, quod Sacramentum Extremæ Unctionis recipi potest non solum à Sacerdotibus, sed etiam ab omnibus Christi fidelibus etiam Laicis infirmis. Est autem

manifestus sensus eorundem Verborum, quia Sanctus Pontifex non fuit interrogatus, utrum Laici, & omnes Christiani possent conferre hoc Sacramentum; sed an soli Sacerdotes inferiores, vel etiam Episcopi? Et respondet, superfluum esse dubitare de Episcopis, quia cum ipsi consecrarent ipsum oleum, multo magis possunt eo ungere infirmos, & idcirco à B. Jacobo dictum est, quod inducantur Presbyteri; quia *Episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes laquidos ire non possunt.* Ille igitur est germanus sensus Verborum Innocentii I. ad Decentium Episcopum Eugubinum, quem notavit Gandavensis in *cap. 6. Marci*; nec non Eminentiss. Card. Baronius ad Annum Christi 63. *num. 14.* & fufius refertur, ac amplectitur ab Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. *disp. 11. de Sacram. Extrem. Unct. n. 96.* & à Mastrio in *4. Sent. disp. 6. n. 128.*

Quintum non obstat de exemplo S. Genovefæ, cujus Unctiones, quas oleo benedicto faciebat; erant curativæ infirmitatum, non sacramentales. Imò observare licet, quod Surius, qui ejus vitam ex vetustis manuscriptis codicibus descripsit *tom. 1. die 3. Januarii*, unius tantum Unctionis curativæ meminit his verbis: *Demoniacus quidam, impetranda sanitatis causa, ad Sanctam Genovefam à parentibus cum multo gemitu, & lacrymis perductus est. Tum illa ampullam sibi adferri iussit, in qua Sacratum oleum asseruere solebat. Accidit autem ut nihil ejus olei id temporis ampulla haberet, nec Episcopus aderat, qui oleum sacret. Illa igitur hesitante quidnam ageret ad precandum Dominum huius profertur; dumque proluxa Orationis officium diu terge affixa fideliter impleret, ampullam inter manus suas oleo plenam conspexit: atque ita sub uno hore momento, & de obsequio hominis emanatione, & de olei collatione, remanebant Christo, gratiam gemina virtutis emeruit. Hucusque Surius, ex cuius verbis clarè patet, Unctionem illam non potuisse esse Sacramentalem; quia inunctus non erat ægotus, sed demoniacus. At dicit aliquis, oleum erit Sacratum ab Episcopo quo illum inungere volebat? Respondet, erat Sacratum, id est benedictum simplici benedictione, de qua numero sequenti; siquidem subiungit Surius, *nec Episcopus aderat, qui oleum sacretur:* certum est autem, quod consecratio oleorum pro Sacramento Confirmationis, & Extremæ Unctionis passim non fit, nec qualibet die ad beneplacitum, & instantiam privatorum, fieri unquam potuit; sed in sola feria Quinta Cœnæ Domini ex traditione Apostolica, & ex antiquissima consuetudine Ecclesiæ, de qua testatur S. Fabianus Papa in *Can. Litteris. de Consecr. dist. 3.* ob mysteria, quæ retulimus supra *Decif. V. num. 11.* Igitur exemplum S. Genovefæ nihil movet, etsi decantaretur etiam temporibus S. Bonaventuræ; quia versatur circa unctionem non ægoti; sed dæmoniacy, & sic illa unctio erit tantum curativa, non autem Sacramentum.*

Sextum eadem responsione tollitur de aliis Sanctis Laicis, qui ungebant, & sanabant infirmos oleo Sancto; videlicet non per Sacramentalem actionem, sed per corporalem curationem, ut bene demonstrat Eminent. Card. Baron. d. *Anno 63. n. 13.* ubi exempla à SS. Patribus desumpta asserit. Quò verò ad oleum Sanctum, quod auctores eorum vitas scribentes asserunt fuisse adhibitum, intelligendi sunt de sanctificatione quam oleum ipsum acquirerebat per simplicem Episcopi, vel Sacerdotis benedictionem, de qua pariter testatur idem Eminent. Card. Baronius *ibid. num. 14.* & Magrius in Hierolexic. *Verbo Oleum Sanctum* in fine, ubi ait: *Aliquando tamen pro oleo sacro abusus oleum de lachno, quod in honorem alicujus Sancti, ardet, intelligitur. & ad exemplum S. Macarii Alexandrini.* Quapropter advertendum est, majores nostros, ac Christi fideles in antea his feculis viventes, incomparabiliter nobis devotiores fuisse, quippe ferè omnia

scilicet, & poculenta forebant per benedictionem Sacerdotum sanctificare, nec non alia omnia remedia, quibus ad sanationem vulnèrum, vel ad menduam corporibus utebantur. Hinc in vetustissimo Rituali Veneto, apud me existente, innumera propemodum leguntur hujuscemodi benedictiones, inter quas *lardi, casei, butyri, lactis, mellis, oleorum, leguminum, pomorum, ficuum; & similibus comestibilium, & cæteris omniis extat etiam benedictio olei pro infirmitate, seu vulnèrum curatione, cujus hæc est formalis Oratio.*

Adjuvandum nostrum in Nomine Domini &c. Exorcizo te creatura Olei per Deum Patrem & Omnipotentem, qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, & omnis incurtus: omnis fantasma Satanae eradicare, & fugare ab hac creatura Olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis, & corporis. In nomine Dei Patris & Omnipotentis, & Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, & Spiritus Sancti Paracliti. Et in Charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Domine exaudi &c. Dominus vobiscum &c. Oremus.

Domine Deus Omnipotens, cui adsistat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur, respicere dignare, benedicere & sanctificare hæc creaturam Olei, quam ex olivaru succo eduxisti, & ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta Tibi Deo vivo, & vero gratias agerent; præsta quæsumus, ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo nomine benedicimus & usi fuerint, ab omni languore, omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur; & cunctæ adversitates separentur à plasmate tuo, quod pretioso Sanguine Filii tui redemisti, ut nunquam lædatur à morsu serpentis antiqui. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui tecum vivit, & regnat in unitate, &c. *Aspergatur Aqua benedicta.*

Hæc erit oratio, & forma benedicendi oleum, quod antiqui vocabant sanctificatum, & sacratum, & quo utebantur, potissimum sancti homines, etsi Laici in unguendis ægotis unctio non Sacramentali, sed curativa; nec est credendum, quod adhiberent Oleum Sanctum solemniter ab Episcopo consecratum feria V. Cœnæ Domini, quod pro Sacramento Confirmationis, Confirmationis, & Extremæ Unctionis Ecclesiis Parochialibus distribuebatur, ut notat idem Eminent. Cardin. de Lauræa d. *disp. 11. num. 97.* ubi iudicat hæc verba: *Licet (olim) Sanctitati alicujus fuerit permittum tale oleum adhibere in hujusmodi curationibus; ceteri nullo modo est permittendum, & hoc nostro tempore nedum contra utentes, sed contra Custodes, seu Sacrificas illud erogantes procederet Sanctum Officium, tanquam abutentes Sacramentalibus, quæ non ad curationes, sed ad Sacramenta sunt ordinata.*

Ultimum argumentum non indiget resolutione, sed veneratione; cum Unctio illa cœlestis facta manu gloriosissimæ Virginis MARIE Matris Dei processerit ab ejus summa auctoritate; quam ut Thesauraria Divinæ beneficentiæ dignata fuit exercere in famulum suum Reginaldum. Eiusdem miraculosæ Unctionis feriem narrat P. Stephanus Menochius in *Histor. Miscellan. Sacra part. 1. cap. 314.* & fufius Fr. Dominicus Maria Marchesius in *Diario Sacro Dominicano tom. 2. die 10. Martii*, in Vita ejusdem B. Reginaldi, per eum ex vartis Auctoribus collecta. Ex utriusque narratione constat, prædictam Unctionem, quam fecit perfissima manus illa, quæ ipsius Divini Verbi Incarnati manus, & pedes falcis meruit fringere, fuisse curativam, non Sacramentalem. Id clarè constat tum ex materia supernaturali, quam ægotum unguendo adhibuit, de cælo allatam; tum ex

De Sacramentis in genere.

forma verborum, qua Virgo, & Mater summi, ac æterni Pontificis JESU ula est; videlicet ad unctio nem renum; *Stringuntur renes tui cingulo castitatis, & ad illam pedum: Ungo pedes tuos in preparationem Evangelii pacis:* denotando his formulis (nam de aliis memoria non habetur) futuram serviti Reginaldi sanctitatem, & in prædicando Evangelio fervorem; non autem effectus Sacramenti Extremæ Unctionis. Obiit Beatus Servus Dei, ac Desparæ Reginaldus Anno 1220. die 10. Martii; & gratia miraculorum ante, & post mortem fuit à Deo illustratus, potissimum in sanandis languoribus eorum, qui ad ejus intercessionem piè recurrerant, eundem composita fuit sequens precationis formula ad eam obtinendam.

O Beate Reginalde Summo Regi gratus valde, Quem amans Regina Calorum, Proprium visitans thorum, Ab omni febris languore Miro curavit dulcore, Habitum dani Prædicatorum, Expelle febres peccatorum, Tuis precum incrementis Sana febres nostræ mentis, Ut eum cætu supernorum Cernamus Regem seculorum. Amen.

## DECISIO LXX.

## ARGUMENTUM.

Discutitur famosa Quæstio, An Extrema Unctio licitè, & validè dari possit uni, & eidem infirmo à pluribus Sacerdotibus simul, & eodem tempore? Referuntur septem argumenta pro affirmativa opinione, desumpta præcipuè ex libro Sacramentorum S. Gregorii Papæ, & aliorum antiquorum Ritualium, nec non ex usu Ecclesiæ Græcæ. Ostenditur, licitam non esse prædictam administrationem in Ecclesia Latina, nisi in duobus Casibus necessitatis. Et quò ad validitatem Sacramenti distinguuntur quatuor Casus, ac probatur prædictum librum Sancti Gregorii, & alios Codices antiquos vel fuisse alteratos, vel esse intelligendos de simplici Unctione curativa, quæ olim erat in usu; non autem de Sacramento Extremæ Unctionis.

## SUMMARIUM.

- 1 Presbyteri plures ex D. Jacobo an vocandi ad dandam Extremam Unctionem? & n. 14.
- 2 Libri Sacramentorum D. Gregorii magni ordo circa Unctionem Extremam.
- 3 Riculphi Episcopi Suesionensis Constitutiones.
- 4 Codex Tilianus, & Monasterii S. Remigii circa pluralitatem Ministrorum Extremæ Unctionis.
- 5 Carolus Magnus Imperator an receperit Extremam Unctionem à pluribus Episcopis?
- 6 Ludovicus Langravimus Turingia infirmus à quibus oleo Sancto inunctus?
- 7 Græci dant Extremam Unctionem per manus Septem Sacerdotum.
- 8 Eucologio Liber Ritualis Græcorum.
- 9 Septenarii numeri Sacerdotum Ministrantium Extremam Unctionem mysterium.
- 10 Ministri plures conclebrantes, & consecrantes simul eandem Hostiam.
- 11 Ministri plures in Extrema Unctione illiciti.
- 12 Necessitatis in casu plures Sacerdotes unguunt oleo Sancto eundem infirmum.
- 13 Eucharistia, & ordinis Sacramenta quando admittant plures Ministros?



Ratione nocivi auctus admiffum est, medicina spiritali evacuetur. Unge has naves Oleo sacro, In nomine Patris etc. ut quidquid noxiosum contractum est ab odore superfluo, ista emendet Unctio, vel medicatio. Unge labia ista consecrati Olei medicamento In nomine Patris etc. ut quidquid gustu superfluo, et inordinato, vel otiosa, vel criminosa peccasti locutione, divina Clementia miserrante, hac unctioe extirpetur. Unge has manus oleo sanctificato In nomine etc. ut quidquid illicito, vel noxio tactu, vel opere peregerunt, per hanc unctioem evacuetur. Quis non diceret, has Unctioes esse indicativas, prolatas non deprecatorias, sed auctoritatis? His igitur rationibus, argumentis, & auctoritatibus plurimi Doctores ex antiquis moti dixerunt, esse sufficientem formam Extremæ Unctionis, et indicativo modo prolatam, videlicet Albertus Magnus, Durandus, Paludanus, & Richardus in 4. dist. 23. & post illos Navarrus in Summa cap. 22. num. 15. & Becanus de Sacramento cap. 27. q. 7. Suarez tom. 4. in 3. p. D. Thomæ disp. 40. scilicet 3. num. 7. & Fillucius tom. 1. traç. 3. cap. 4. num. 80. quos citat Diana Coordinatus tom. 2. traç. 4. resol. 15. §. 1. Quibus adhaerent novissime Hiquens, & Pontius apud Marfirum in 4. disp. 6. num. 34. nec non Eminentiss. Card. de Lauræa de Extrem. Unct. d. disp. 11. à n. 59. et seqq. ubi firmat, quod Improbabile absolute non est, quod forma indicativa non sit valida, et sic sit illicita.

His tamen minimè obstantibus communior, ac probabilior Doctorum sententia est, quod forma Sacramenti Extremæ Unctionis debeat esse deprecatoria, & per viam precis, ac orationis, ut inter alios docuit S. Thon. in Suppl. q. 29. art. 8. ubi sic concludit: Forma hujus Sacramenti est Oratio deprecatoria, et ideo non potest esse forma indicativi modi. Et hujus conclusionis veritatem Angelicus Doctor comprobat triplici ratione, ac congruentia. Prima est, quia hoc Sacramentum confertur moribundis, qui cum sint propriis viribus destituti, indigent orationibus sublevari. Secunda, quia hoc Sacramentum datur tantum illis, qui ex foro hujus Ecclesiæ commingatur in forum alterius vitæ ad Judicium Dei, cujus misericordiam expedit implorare pro ipsis oratione. Tertia, quia per hoc Sacramentum procuramus infirmo etiam corporis sanitatem, quam nescimus esse ei expedientem; idè deprecative est à Deo petenda. Addi potest Quarta congruentia, nempe Extremam Unctionem esse complementum Sacramenti Pœnitentiæ, in quo operibus laboriosis satisficit Divinæ justitiæ, attendita sanitate suscipientis, at in hoc ob gravem ejus infirmitatem, & debilitatem, non potest, nisi recurrere ad Divinam Misericordiam, quæ proinde oratione est ei imploranda. Quinta etiam accedit congruentia formæ deprecatoriæ, quæ resultat ex verbis Divi Jacobi, qui ait: Infirmitas quis in vobis? inducat Presbyteri Ecclesiæ, et orent super eum, argentes eum oleo in nomine Domini. Jac. 5. 14. ubi correlativa sunt Deprecatio, & Unctio.

Hinc observant Doctores in antiquissimis Ritualibus libris, qui supra sexcentos annos reperiuntur conscripti, quod Forma Sacramenti Extremæ Unctionis expressa legitur his verbis: Per istam Sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quidquid deliquisti per Visum, Auditum, etc. ut notat Gaspar Ivenin in Comment. Histor. et Dogm. de Sacram. Dissert. 7. q. 4. ubi refert Codicem Monasticum Gemeticense à sex sæculis scriptum prædictam formam continentem; (est autem Gemeticum Vicus Galliarum in Normannia, vulgò Jamieges, in quo Abbatia percelebris ad Sequanam fluvium, quinque leucis infra Rhodomagum, Gallis Roven, Italibus Rouen, posita in occidentum. Ferrarius in Lexic. Geograph. Verb. Gemen-

ticum, seu Gemeticum). Insuper etiam Ecclesiam Orientalem in hujus Sacramenti administratione adhibere Formam deprecatoriam testantur Scriptores Græci, inter quos Areudius d. lib. 5. cap. 5. sic scribens: Forma Extremæ Unctionis est deprecatoria, ut etiam apud Latinos, et Latine quo ad sensum respondet. Quam quidem Græcorum formam ex Eucharologis per Ivenin d. Dissert. 7. q. 4. desumptam, non me piget hic transcribere, est prolixam, in gratiam mei Lectoris, qui de facili eam alibi reperire non poterit. Est autem illa. Pater Sancte, Animarum, et corporum Medice, qui Filium tuum Unigenitum Dominum Jesum Christum omnem morbum curantem, et ex morte nos liberantem misisti: sana quoque serum tuum N. à detinente illum corporis infirmitate, et vivifica illum per Christi tui gratiam: intercessoribus super omnes sanctissima Domine Nostra Deipare, et semper Virginis Mariæ; protectionibus Venerandarum supercelestium Virtutum incorporarum; Virtute pretiosa, ac vivifica Crucis, honorandi gloriosi Prophete Præcursoris, et Baptiste Joannis, sanctorum gloriosorum, et toto orbe celeberrimorum Apostolorum; sanctorum gloriosorum, et virtuosorum clarorum Martyrum, et Desiderorum Patrum nostrorum, sanctorum Medicorum necesse non conditorum, Cosme, et Damiani, Cyri, et Joannis, Pantaleonis, et Hermolai, Samsonis, et Diomedis, Pbotii, et Aniceti; sanctorum, et justorum Deipare parentum Joachin, et Anne, et omnium sanctorum. Amen. Quia tu es fons sanitatum Christi, et Deus noster, et Tibi gloriam referimus Patri, et Filio, et Sancto Spiritui nunc, et semper. et in secula seculorum. Afferit supradictam Gaspar Ivenin hæc esse formam, quæ Græci utuntur in administrando Extremæ Unctionis Sacramento; nam, præter invocationem Divinæ Clementiæ, exprimit spirituale effectum Sacramenti remissionis culpæ, et collationis gratiæ in illis verbis: Vivifica illum per Christi tui gratiam; nec non alterum effectum minus principale, nimirum restitutionis sanitatis corporalis, ubi: Sana quoque serum tuum N. à detinente illum corporis infirmitate. Non nemo tamen diceret, eam habere potius speciem devotæ orationis, quam formæ Sacramentalis; et ex parte ejus parte indicet materia Sacramenti, neque remota, quæ est oleum benedictum, neque proxima, quæ est ipsa Unctio, præter morem cæterorum Sacramentorum, in quibus, dum forma profertur, materia innuitur, ut consideranti manifestè patet. Quidquid sit, extra controversiam esse debet, & de fide tenendum, quod vera, & valida forma hujus Sacramenti Extremæ Unctionis existit sub modo deprecativo, ut constat ex utroque Concilio Florentino, & Tridentino, & ex praxi Romanæ Ecclesiæ, quæ in materia Sacramentorum errare non potest, c. Ad Abolendam. De Hæretic. Mairius in 4. sentent. dist. disp. 6. num. 39. & Eminentiss. Card. de Lauræa de Extrem. Unct. d. disp. 11. numer. 35.

Neque obstant argumenta contraria, quæ superius adduximus pro forma indicativa. Non primum de formis aliorum Sacramentorum indicativo modo prolati, quia est factis sit dicere, quod unumquodque Sacramentum habet suam formam propriam à Christo indicatam, & ex Apostolica traditione ab Ecclesia præscriptam; idè quoque non valet argumentum de una ad aliam. Barbofa de locis commun. arg. Juris, loco 101. n. 3. Uterius respondetur diversimodè ab eodem Christo fuisse ordinatam administrationem Sacramentorum; alia enim collocata est in Ministro, vel tamquam agente, ut in baptismo, vel tamquam in Superiore consignante, ut in Confirmatione, & Ordine; vel tamquam Judice, ut in Pœnitentia; vel tamquam Representante personam Christi, ut in consecratione Eucharistiæ; & in his

in his forma profertur indicativo modo, ut constat de voluntate libera Ministri in Sacramento conficiendo, à qua illud pendit. At administratio Extremæ Unctionis posita est in supplicanda Divina Misericordia pro ægro, qui inungitur, ut ei meritis Christi concedat effectus ejusdem Sacramenti; idècirco forma debet esse deprecativa; juxta proprium esse hujus administrationis. Hinc deprehenditur differentia etiam in citatis verbis, Baptizantes eos etc. Et ungentes eum oleo etc. quia, his ultimis S. Jacobus præmisit, et orent super eum; quia sic à Christo institutum est hoc Sacramentum, ut per modum Orationis, & deprecationis administraretur, quod notat Gonet d. tom. 5. traç. 6. disp. 1. art. 2. sub n. 41.

Ad Secundum respondetur, negando consequentiam, quia ut ait Gonet d. tom. 41. Vers. Ad tertium; Efficacia Sacramenti non pendet ab oratione Sacerdotis, ut est opus operantis, sed ut est Oratio Sacramentalis, habens valorem, & efficaciam ex meritis Christi, à quo est ordinata. Undè quamvis Sacerdos sit mente distractus, immo quamvis sit peccator, semper exauditur, & suum effectum habet, dummodo habeat intentionem administrandi Sacramentum, & faciendi quod facit Ecclesia.

Ad Tertium respondetur, negando minorem. Si quidem, cum hoc Sacramentum non minus quam alia habeat annexam infallibilem Dei promissionem quia omnia operantur ex meritis Christi, & ad instar operis operati, & non operantis; quamvis forma sit deprecatoria, consequitur infallibiliter effectus Sacramenti, idèst gratiam, si infirmus non ponat obicem. Hæc est enim differentia inter hoc Sacramentum, & illud Pœnitentiæ ex ordinatione, & institutione Christi, ut ad conferendam suam gratiam infallibiliter in Pœnitentia, Deus non acceptet formam deprecativam Ministri, sed indicativam prolatam per modum Sacramentalis iudicii: At in Extrema Unctione non acceptet formam indicativam, sed deprecativam, per modum Sacramentalis Orationis, ut bene dixerit Mairius d. disput. 6. sub num. 35.

Ad Quartum respondetur Theologi utriusque Scholæ; qui hinc temporibus de hac difficultate scribunt prædictas formas Ambrosianam, Venetam, & consimiles aliarum regionum, non fuisse indicativas, sed deprecativas. Ita ex Thomistis Gonet d. tom. 5. traç. 6. disp. 1. num. 41. Et ex Scotistis Mairius d. disput. 6. in 4. Sent. num. 37. ambo enim proprie Scholæ merentur vocari Antesignani, & Principes. Verùm tum ipsi, tum alii eorum sequaces non concordant in explicando modo, quo antedictæ formæ antiquæ hujus Sacramenti dici possint deprecativæ, non autem indicativæ. Alii dicunt, in ipsis formulis virtualiter includi orationem ac deprecationem ad Deum, quia ejus divinum Nomen implorat, utpotè cum dicebant Ambrosiani: Unge te Oleo Sanctificato, In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut more militis uncti preparatus ad certamen, tacite subintelligebant, deprecator, oro, rogo Deum, ac res possit superare potestates. Pro ut etiam, cum pronuntiabant Veneti: Unge oculos tuos oleo Sanctificato In Nomine Patris etc. tacite intelligebant, rogans, potens, deprecans Sanctissimam Trinitatem, ut quidquid de illicito visu deliquisti, hujus Olei unctioe expietur. Ajunt enim etiam in vulgari, & communi sermone inter amicos, rogari Deum pro sanitate alterius absque ly rogo, Exempli gratia. V. S. sibi sana, tacite intelligendo, Prego il Signore Dio, che V. S. sibi sana. Vel si quis amico dicat. V. S. mi facci il tal favore. Habent hæc verba hunc tacitum sensum: Prego, Supplicio V. S. che mi facci il tal favore. Ita declarant Gonet d. num. 41. & Mairius num. 37.

Aliam explicationem dat Gobatus in Theolog. Ex-De Sacramentis in genere.

perim. d. traç. 8. de Extrem. Unct. num. 804. & est proprium esse Orationis, ac deprecationis ad Deum ut fiat modo indicativo, vel imperativo, & affert exemplum Orationis Secretæ in Missa Confessorum non Pontificum, in qua Sacerdos orat dicens: Laudis Tibi Domine hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum, quibus nos, et presentibus exi malis confidimus, et futuris. (scilicet prout oramus, & deprecamur.) Item dat aliud exemplum Secretæ in Dom. 13. Post Pentec. quæ ait: Pro nostræ servitutis augmento Sacrificium Tibi Domine laudis offerimus; ut quod immeritis contulisti, propitius exequaris: tacite subintelligendo, prout rogamus, et deprecamur. Alia plurima consimilia exempla è Sacris paginis adduci possunt, prout illud Isaie 45. 8. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum, aperiat terra, et germinet Salvatorem. In Psalmis centies, & milies ita loquitur David; sed sublimis Oratio Dominicæ, quam nos docuit ipse Redemptor, septem suas petitiones proponit ad Deum indicativo, seu imperativo modo: Sanctificetur nomen tuum. Advenciat Regnum tuum etc. nam in omnibus subintelligitur, prout Tu humillimè oramus, rogamus, deprecamur. Idècirco Forma Ambrosiana, Veneta, & si quæ aliæ in Sacramento Extremæ Unctionis, non erant indicativæ, sed deprecatoriæ, quia Sacerdos enuntiando effectum spirituale in quacumque Unctione, per viam orationis enuntiabat, subintelligendo, prout ego rogo, ac deprecor Altissimum in mente mea, et in corde meo; oramus enim ad Dominum, & illum rogamus non solum lingua, & verbis, sed mente, & spiritu, juxta illud Apostoli 1. Cor. 14. 15. Orabo spiritu, orabo et mente: psallam spiritu, psallam et mente. Ubi Tiritus ita explicat: Ita ut ego fructum orationis in animo meo percipiam.

Tertiam ego adderem explicationem ad demonstrandum Formas illas antiquas fuisse deprecativas, videlicet, quia in illis omnibus adest particula UT, quæ præter alias significaciones, habet sensum optativum, & vim optandi, & tantum valet, quantum UTINAM, ut observat Vossius in Etymologico lingue latine Verb. Ut; quo loci allegat illud carmen Terentii: Ut illum Di. Deaque perdant; & ipsum explicando subdit, Nam intelligitur ita precor. Patet itaque legentibus, ac considerantibus prædictas Formas Ambrosianam, Venetam, & consimiles, quod erant deprecatoriæ, quia in omnibus Unctionibus Minister Sacramenti Extremæ Unctionis dum pronuntiabat effectum spirituale ab ipsidem proventurum, præmittebat particulam UT, per quam intelligebat, Deum precari, ut illum effectum elargiretur infirmo, ac si expressè dixisset, Utinam, prout opto, ac Deum rogo; sicque absque dubio loquebatur deprecatorie, & per viam orationis ungerendo infirmum, non autem indicativè, seu per viam potestatis, ac auctoritatis. Et hæc de prima difficultate.

Altera difficultas est, an omnia verba sint de Essentia Sacramenti, quæ Ritale Romanum ponit in hac Forma: Per istam Sanctam Unctionem, et suam piissimam Misericordiam indulget tibi Dominus quidquid per visum deliquisti. Amen. Vel audium etc. odoratum etc. Vel potius hæc verba sint tantum de Præcepto? Quod ea sint de præcepto, nemo dubitat; imò omnes DD. concorditer asseverant, peccatorem mortalem ministrum hujus Sacramenti, qui ausus esset eadem verba vel omittere, vel mutare; nefas enim est à praxi universalis Ecclesiæ discedere; & formam ab Ecclesia Romana præscriptam in danda Extrema Unctione non servare, ut advertunt Reginaldus lib. 28. n. 54. & Mairius in 4. Sentent. d. disp. 6. n. 41. Quæ autem verba sint de Essentia Sacramenti, non sunt cordes